N° 609

þáttr af Karli vesala í Magnúsar sögu góða kap. 4–9.

Brandkrossaþáttr gefinn út í „Nordiske Oldskrifter."

þáttr af Leifi Össurarsyni, Færeyingasaga, kap. 49. sqq.

þáttr af Auðunni vestfirzka í Haraldar sögu harðráða, kap. 72–75

þáttr af Brandi hinum örfa í Haraldar sögu harðráða, kap. 96.

þáttr af Egli af Vandilskaga, hvergi annarstaðar gefinn út svo eg viti.

þáttr af Oddi Ufeigssyni í Haraldarsögu harðráða, kap. 106–107.

þáttr af Blóð-Egli í Knytlinga sögu, kap. 33–40.

þáttr af Hákoni Hárekssyni í 11. bindi af Fornmanna sögum, bls. 422–439.

Øar)

Heri indeholdes de af Etatsraad B. Thorlacius i Anledning af det Kjøbenhavnske Universitets Höitideligheder Tid efter anden udgivne samtlige Smaafortællinger paa Islandsk og af ham oversatte paa Latin tilligemed en, for hver især, foranskikket Indledning. Disse Smaafortællinger (þættir) ere fölgende:

1, þáttr af Karli Vesæla (De gestis Caroli Vesæl dicti.) (1815.)
2, Brandkrossaþáttr (Historia de vitulo fulvam in fronte macul. hab.) (1816.)
3, þáttr af Leifi Össurarsyni (de gestis Leifi Össuridæ s. Færöensis.) (1817.)
4, þáttr af Auduni Vestfirdska (De Auduno Regem Danorum invisente.) (1818.)
5, þáttr af Brandi hinum örva Vermundarsyni (De Brando Liberali.) (1819.)
6, þáttr af Eigli af Vandilsz... (De Egillo sub Canuto M. profecto.) (1820.)
7, þáttr af Oddi Ófeigssyni. (Narratio de Oddo Ofegi filio.) (1821.)
8, þáttr af Blódeigli (De Erico de hausto sangv. nunc. sub Can. St.) (1822.)
9, þáttr af Hákoni Hárekssyni (De Hakone Vicensi sub Svenone Estridide.) (1823.)

Desuden:

Specimen de Erico Rufo Grönlandiæ inventore. (1811.)

SOLENNIA ACADEMICA

AD

CELEBRANDUM

DIEM XXVIII JANUARII MDCCCXV,

REGI NOSTRO AUGUSTISSIMO

FRIDERICO SEXTO

NATALEM,

HABENDA INDICIT

UNIVERSITATIS REGIÆ HAUNIENSIS

RECTOR

CUM

SENATU ACADEMICO.



Continentur *Res gestæ Caroli Vesæll* dicti, cum historia Regis *MAGNI BONI* cohærentes.

Textum Islandicum anecdotum edidit, vertit et præfatione instruxit,

festo huic prolusurus, M. BIRGERUS THORLACIUS, PROF. ELOQU. LATINÆ.

Excudit J. F. SCHULTZ, Typographiæ Regiæ Director.

L. B. S.

Rediit dies XXVIII. Januarii, Regi noſtro Auguſtisſimo natalis; quem eo ſincerioribus ferventioribusque votis proſequetur bonus quisque patriæ civis, quo magis confidit, iter illud, quod pro civitatis ſalute Princeps hisce menſibus ſuſcepit, felicisſimos numine favente fructus reipublicæ propediem reportaturum. Licet itaque his præcipue diebus in omni regni angulo optatum iſtud reſonet: "*abſis* optime Rex *ne nimium diu;*" licet Dania futuri provida inter tanta ſolennia hoc votum retinere nequeat: "*Lucem redde tuæ Dux bone patriæ!*" omnem tamen de popularium proſperitate ſollicitudinem in Deum ſecure devolvimus, ſalvo Principe, ſalva Regina noſtra Auguſtisſima, ſalvaque Domo Regia omnia nobis ſalva fore læti profitentes.

Nos cum Univerſitatis Regiæ Havnienſis nomine Te Lector Benevole invitaturi ſumus ad feſtum obeundum, quo noſtra Academia pios devotosque civium in Regem ſenſus publice teſtificabitur, in animum induximus tecum communicare res geſtas viri, qui ſingularis vel inter ſumma discrimina in Regem ſuum fidei exemplum olim præbebat. Eas a fine hujus feſti tanto minus alienas judicatum iri ſperamus, dum *Magnus Bonus*, cum cujus hiſtoria cohærent, ipſe inter Reges Daniæ locum honorificum tuetur. Nec dedignaturos arbitramur hunc libellum hiſtoriæ patriæ amatores, cum non ſolum huc usque ſit ineditus, ſed etiam a magnis viris Torfæo a) et Suhmio b) (quamvis ejus argumentum aliunde noverint) prorſus non conſultus fuiſſe videatur.

Opuſculum, quod Tibi L. B. exhibemus, titulum habet: *þáttr af Karli Veſala.* Edidimus illud juxta duos codices membranaceos, quos ſervat Bibliotheca Univerſitatis noſtræ in collectione Arna-Magnæana, utrosque formæ quam in quarto vocare ſolemus. Unus, numero 557 inſignitus, inter XII Sagas, plerasque bonæ notæ, (quales ſunt Ormstunga-S., Eiriks Rauda-S. al.) ſed nonnullas truncatas, Res geſtas Caroli loco penultimo foliis IV ſiſtit. Alter, numero 533 notatus, VIII Sagas, excepta noſtra et Stufii fabuloſas, complectitur. Hîc Caroli Res geſtæ V folia occupant. Uterque Codex ſeculo XIV exaratus videtur; uterque abbreviationibus onuſtus, ſed bonis, et n. 533 quidem elegantibus, literarum ductibus ſe commendat; et utrumque in Islandia deſcriptum fuiſſe cum orthographia, tum nigredo membranæ fumo inducta, ſatis teſtantur. Duos hoſce Codices comparando ſummam in ſingulis verbis diverſitatem, in periodis contra et in ſenſu nullam reperimus; id quod in Sagis Islandicis ſæpisſime evenire norunt harum rerum periti. Ideo lectionum varietatem non adjecimus, dum nullus locus, ne ex difficilioribus quidem, ſe offerebat, ubi unus Codex ab altero ſententia differret.

Erunt forte, qui errore chronologico offendantur, qui primam hiſtoriæ hujus lineam mox deformat, cum Rex Sueno, ex Canuto Magno et Alfifa natus, tempore Svenonis Ulfidæ *Regis*, in Norvegia imperaſſe dicatur. Nec apertum hunc errorem diluere aggrediemur, ſed rogabimus modo, ne inde aliqua adverſus librum, cujus relationes reliquæ omnes veri notas ſibi impreſſas habeant, ſuſpicio oriatur. Id quidem a viris doctis jam pridem evictum eſt c), Suenonem Alfifidam anno 1030 Norvegiæ Regem evaſiſſe, ſed anno 1035 Magno Bono cedere coactum inde diſcesſiſſe, atque anni ſequentis initio in Anglia mortuum eſſe; Suenonem contra Eſtrithidam ſ. Ulfidam anno demum 1042 Comitem a Magno Bono creatum eſſe, annoque 1043 nomen Regis ſibi vindicaſſe; ut adeo pateat Regiam Suenonis Ulfidæ dignitatem Suenonis Alfifidæ morte ſeptennio et ultra fuiſſe ſeriorem. Iſtos annos ideo unice commemoravimus, ut meminerit Lector, eventa, quæ in Caroli geſtis narrantur, in annos 1033 et 1034 incidere.

Memorabile eſt, quod Snorro, hiſtoriæ Norvegicæ pater, de Carolo Miſero omnino tacet. Pasſim quidem Magni Olavidæ, pueri, in Gardarikia commorationem tangit; verum licet capp. hiſtoriæ Olai Tryggii 264 et 265 conſultationes Kalfii Arnidæ et Einari Thambaſkelveri, et imprimis ſecures Norvegicas (de quibus in hocce quoque opuſculo ſermo eſt) a Canuto poſtulatas, paucis tangat, nulla tamen vel Caroli vel Biörnonis mentio injicitur. Iſtud ſilentium Snorronis num inde explicandum, quod brevior eſſe volebat in rebus, Magni ad regnum evectionem præcedentibus, non

diju-

a) qui in *Hiſtoria Rerum Norvegicarum* P. 3. pp. 217-26 multa de noſtro Carolo Veſæll ex *Codice Flateyenſi*, nil vero ex hiſce *þáttr*, manifeſto hauſit.

b) is in *Hiſtorie af Danmark.* T. 3. pp. 732-37. In not. 19. fontes ſuos diſerte citat; ſed de hiſce *þáttr* ne verbum quidem.

c) cfr. Suhmius in *Hiſtorie af Danmark.* T. 3 et 4. ad annos hic allatos.

dijudico; verum nostro libello id non magis fraudi esse debet, quam relationes Codicis Flateyensis falsitatis insimulandæ sunt, quod et in Olai Sancti et Magni Boni Historia plurima habet a Snorrone prætermissa.

Codicem Flateyensem nominavi, quia ille hoc loco Snorronis vicarium agit. Uti is, qui de Sturlæsonii fontibus diligenter disquirere cogitat, perpetuam partim cum isto Codice, partim cum brevioribus multis quas habemus, et specialibus vel historiis (Sagis) vel commentariis (þáttr) comparationem instituere debet, ita hîc, a Snorrone exclusi paucis innuemus, quid collato hocce de Carolo commentariolo cum Codicis Flateyensis de eodem relatione in Regis Magni Boni historia, ad divinandum utriusque narrationis mutuum usum, et utra altera sit antiqvior, concludi posse videatur. In Codice Flateyensi, quem servat Bibliotheca Regia, ea quæ de Carolo Misello leguntur, caput 2dum historiæ Magni Boni efficiunt, et ex Volumine Codicis IIdo in Folio columnas 6, a 756ta ad 761mam, complectuntur. Usi sumus egregio hujus Codidicis Apographo, quod Suhmius exscribendum sibi curaverat, quodque a Suhmiana Bibliotheca in Regiam transiit, III Volumina in Folio continente, ex quorum 3tio hæcce pericopa fere 30 paginas complet a 2559na ad 2588mam.

Duplicem hanc de eadem re narrationem contendendo observasse mihi videor, quod "facies non utrique una sit, nec diversa tamen, qualem decet esse sororum", sororum videlicet, quarum una junior ab alterâ ætate provectiore didicerit. Juniorem esse statuo Codicis Flateyensis narratorem, nostrum vero antiquiorem; noster quippe brevior est, nervosior, simplicior; ille contra uberior, diffusior, eloquentior; atque ita quidem ut noster relatoris, ille autem commentatoris, speciem habeat, talis tamen, qui non suum fontem exscripserit, sed plerumque suo ingenio explicuerit, et interdum dilucidaverit. Operæ pretium est hæcce asserta paucis exemplis probare. In Cap. I. noster initio satis habuit notare, quod Carolus et Biörno genere minus nobili essent. Addit Cod. Flateyensis, Carolum ex salis coctore opulentum negotiatorem evasisse. Apud nostrum Carolus ad Gardarikiam delatus poscit, ut Rex Jarisleif arcessatur; alter, rem ut videtur emolliturus, eum sociorum nomine ad Regem proficiscentem facit. In nostro, orationibus et Regis et Caroli tantum nervorum brevitate, quantum in altero elegantiæ dicendi ubertate, accedit. Quod Rex eum mox in vincula conjici jusserit, noster non memorat; sed Magni pueri tum fere novennis de ratione, qua in Carolum consulendum esset interrogati, oratio iisdem fere verbis affertur. In Cap. 2do, ubi Jarislaus Carolo lubricum illud ad Norvegiam proficiscendi consilium proponit, vero convenientiorem esse nostri, Regis asperitatem nil plane mitigantis, simplicitatem, quam Codicis Flateyensis ambages, absque dubio suus sensus cuique probabit. Ad chronologiam utile admodum est, quod juxta Cod. Flat. d) addit in sua oratione Einarus Thambaskelver, se vere ante pentecosten ad Gardarikiam profecturum, uti quoque ea de Carolo sociisque observatio, quod ante festum palmarum ad urbem (Nidarosiæ) venerint. Grimi Grisei orationem in nostro libentius quam in Cod. Flat. lego; hic enim ipsa verbositate, viri integri æque ac callidi et circumspecti ingenium minus, quam in nostri brevitate pellucet. Verum nobile fratrum Caroli et Biörnonis certamen, uter alterum devota in suum Regem fide vincat, malo in Cod. Flat. depictam, quam in hisce *páttr* modo commemoratam legere, dum istum commentatorem vividiore tantæ virtutis cogitatione patet fuisse perfusum. Ex Cap. 3tii narrationibus modo hasce indigitabo: Cod. Flat. Regem Svenonem Grimo Griseo, Caroli apud se commemorationem dissimulanti, tormina minitantem facit; parum, siquid judico, probabiliter; nec id in nostro memoratur. In longa de Carolo custodes inebriante relatione proclive est observatu, quomodo uterque, eandem licet rem narrans, nunquam fere iisdem verbis utatur, cum ipse Snorro sagas suæ historiæ interserens, integras pericopas iisdem, quibus auctores usi fuissent, verbis haud raro afferat. De Capite 4to non multa addemus, cum noster modo Magni ad Norvegiam reditum innuat, Codex contra Flat. pacta referat, inter Einarem Thambaskelverem Kalfum Arnidem et Magnum, preces pro Kalfo interponente Carolo, inita; notare sufficiet, quod ista operosa negotiatoris pro tali tantoque viro, qualis Kalfus erat, supplicatio, quam noster reticet, parum forte probabilis censebitur. Minus quoque feliciter posuisse credo Cod. Flateyensis narratorem, quod Kalfus, dum, a Suenone Alfifida defecturus, Carolum de ipsius fide dubitantem per Deum *Sanctumque Olaum* jurando confirmaverit; id noster non habet, nec facile credendum, infensissimum olim Olai hostem nunc tanta eundem veneratione serio fuisse prosecutum.

Verum ne Tuum L. B. judicium præoccupare videamur, ipsum libellum Caroli Miselli res gestas referentem, et islandico, quo scriptus est, idiomate et latine a nobis versum exhibebimus.

Þáttr

d) in Apographo Suhmiano T. 3. p. 2566.

Þáttr af Karli Vesala.

Cap. I.

Á dögum Sveins konungs Ulfssonar réd fyrir Noregi Sveinn konungr Knútsson ok Alfífu Álfríms dóttur. þá fæddist upp nordr á Hálogalandi brædur II, efniligir menn ok vel viti bornir, hét annar Karl, hann var fyrir þeim, enn annar Biörn. Þeir voru ecki ættstórir menn, þeir voru vel at sér, íþrótta-menn miklir ok gódir fardfengir, þeir lögdu þat miök fyrir sik at sigla til annarra landa ok tókst þat faungusamliga ok þess urdu þeir audgir. I þenna tíma var ófridr mikill milli Gardaríkis ok Noregs, af þeim stórtídindum sem þá höfdu fyrir skömmu at borist, er menn höfdu fellt frá landi hinn heilaga Ólaf konung Haralds son. Enn Magnús son hans var at fóstri austr í Gardaríki med Jarisleifi konungi ok Ingigérdi drottníngu dóttur Ólafs Svía konungs, ok þordu menn aldri at fara milli Noregs ok Austr-ríkis fyrir ófridi, því at allir norrænir menn voru drepnir austr þar þeim er nád vard. Þat var eitt sumar at þessir brædur höfdu búit skip sitt sudr í Danmörk til siglíngar, ok höfdu audfiár ok hrausta menn innbyrdis, þetta var austrfara skip mikit ok gott, þar voru á bædi norrænir menn ok danskir ok enn af fleirum löndum. Þá mælti Karl vid sína menn: ek vil at ver höfum skipara stefnu ádr ver siglum; þeir játa því. Karl stód upp ok mælti: sva er mál med vexti, at ek hefi byggt hér skip eitt til siglíngar, at ek ætla at sigla í Austrríki, enn ek vil at þér vitid þat at sú ferd hefir mönnum ecki miök til fiár ordit, helldr til skada ok mörgum til fiör-tións, vil ek nú, at þér norrænir menn eigit kosti at gánga af skipinu ok farit hvert er þér vilit. Þá svarar einn norrænn madr ok mælti:

Res gestæ Caroli Vesæl dicti.

Cap. I.

Tempore Svenonis Ulfidæ Regis, in Norvegia imperabat Rex Sveno, ex Canuto et Alfifa Alfrimi filia natus. Educabantur tum in Halogia duo fratres, viri strenui bonoque a natura ingenio instructi, quorum natu major Carolus, minor Biörno dicebatur. Non erant illi quidem genere nobiles, verum habiles, gnavi et peregrinando bene versati. Valde delectabantur terris exteris adeundis, qua re multum lucrabantur, fortunasque suas egregie augebant. Istis annis Russiam inter et Norvegiam infensa hostilitas intercedebat, ob gravia, quæ nuper acciderant, eventa, dum a Rege Olao Sancto Haraldi filio sui cives defecerant. Magnus, Olai filius tum in Russia commorabatur, quippe ad educandum traditus Regi Jarisleifo et Ingigerdæ Olai Sueciæ Regis filiæ. Nemo vero audebat ob istas simultates a Norvegia ad regiones orientales proficisci; in Russia enim quotquot Norvegi comprehendi poterant, trucidabantur. Æstate aliqua, cum illi fratres in Dania navim ad profectionem adornaverant, largoque commeatu et viris fortibus, Norvegis, Danis et exteris, eandem navim, magnam quidem et bonam, ad mare balticum profecturam, instruxerant, tum Carolus suos socios sic allocutus est: Volo, ut nautarum conventus, antequam navigemus, indicatur. Assentientibus illis surrexit Carolus, atque in hanc sententiam orationem habuit: "Ea est rerum nostrarum ratio, ut navim hic peregrinaturus exstruxerim, orientales regiones adire cogitans. Verum id velim sciatis, quod tale iter multis non lucro, sed potius damno et opum præcipue detrimento erit; Norvegis ergo e navi discedendi, et, quo velint,

mælti: 'ecki mundum ver Noregs menn hafa slægst til þessa ef ver hefdum þetta vitad fyrir, med því at þat hefir jafnan at rádi ordit er þá hefir mönnum rádit, ok þess annars at allgott er at deyia saklausum fyrir skuld Ólafs konungs, þess hins þridia at þá deyr hverr er feigr er, þá vilium ver kumpánar med aungu móti riúfa skipun vid þik Karl. Sídan héldu þeir skipi sínu í Austr-ríki ok er þeir kvomu í Gardaríki, var þeim heitid úfridi ok handteknir ok sögdu at konungr kalladi sér fé þeirra allt. Var Karl haundladr ok allir hinir norrænu menn. Karl mælti: þat sýnist mér rád at þér sendit eptir konungi ydrum ok tölum vér vid hann, þvíat þat er ydr ábyrgdar minna at láta hann drepa oss, þvíat hann er skipadr yfir lögin. má ok þat eigi vita hverr sá kémr úr Noregi er Magnús konungs son vill eigi drepa láta ef hann skal nockr rád hafa. þeim fellzt þetta vel í eyrum ok giöra eptir Jarisleifi konungi ok sva Magnúsi konungssyni, kvomu þeir þar innan VII nátta ok var þá þíng stefnt, þá stód upp Jarisleifr konungr ok talar svá: þat er mönnum kunnigt hversu Noregs menn hafa nídst á hinum heilaga Ólafi konungi, ok því þyckir oss allir nordmenn eiga þess at gialda, þvíat ver vitum ógiörla hverir þeir eru er þar eru hlutlausir af því órádi, ok því skal þessa menn drepa ok alla adra þá er ver náum. Þá stód Karl upp ok mælti: Þetta er eigi þannig konungliga talad sem ydr heyrir til sva vitrum konungi, þvíat í þessum manndrápum er eingi hefnd eptir jafn ágiætann höfdíngia. Má ek ok þar vel ská mik um at sídr var ek í nockurru mótgángi vid hinn helga Ólaf konung, at ek var þá utanlands er þau stór-tídindi giördust, em ek ok ecki stór-ættadr madr. géldr gud ok þat nú í hönd nordmönnum er þeir sviku Ólaf konung at þeir hafa aldri undir slíkri ánaud búit, ok eigi víst nær endir verdr. er nú ok

herra

velint, migrandi copiam facio." Respondit Norvegus aliquis: "primum quidem moneo, quod nos Norvegi, si id antea novissemus, nil valde fuissemus lucrati; consilium, quod tu svasisti, sæpe ad exitum perductum fuit; dein tenendum, honestum esse pro causa Regis Olai innocentem obire; cogitandum denique, mori quemque, quem fata vocent; nolumus ergo nos socii ulla conditione societatem tecum, Carole, rumpere." Postea Orientem versus vela dederunt, cumque ad Russiam adpulerant, indicatum illis est, hostilitatem ac vincula exspectanda, Regemque omnia eorum bona sibi vindicaturum. Carolus itaque omnesque Norvegi in carcerem sunt conjecti; tum Carolus: "auctor equidem, inquit, sum, ut Regem vestrum arcessatis, quo cum eo ipso loquamur; nam vobis nil periculi erit, si ipsi curam nos trucidandi relinquatis, cum ille ad id positus sit ut legi invigilet. Nec id scire poterit, qui a Norvegia venerit, quem Magnus, filius Regius, si sapit, non utique occidi jubebit". Impetravit Carolus quod petierat, arcessitusque est Rex Jarisleifus et Magnus filius Regius, qui intra septiduum eo venerunt. Comitium indictum est, in quo Jarisleifus surrexit et talia verba fecit: "Nemini ignotum, quanto odio Norvegi Regem Olaum Sanctum habuerint, videnturque mihi omnes Norvegi id luere debere; quippe cum non certo sciamus, quinam istius sceleris insontes sint; ideoque hos viros omnesque, qui in potestatem nostram venerint, occidere nobis animus est." Tum Carolus fari orsus est in hanc sententiam: "non regia profecto est ista oratio, nec talis, quæ Regem cordatum deceat; in hac cæde nulla æqua est tam celebris principis vindicta. Id etiam considerandum est, quod nulla prorsus mihi fuit cum Sancto Olao Rege simultas, quippe peregre ego eram, cum magna ista accidebant eventa, nec homo sum genere nobili oriundus. Rependit sane Deus Norvegis perfidiam in Regem Olaum exercitam, dum oppressionem, cui similem sustinuere nunquam, cujusque finem nemo facile divinabit, jam subierunt; diei quoque,

do-

herra svá álidinn dagr at nú er náttvíg hédan af, ef oss er líf-tión veitt. Konungr svarar: skil ek Karl at þú ert diarfr madr ok skulut þér víst lifa nátt-lángt, enn hugsit svá ydvart rád at vissari er ydr at morgni daudi enn líf. Þat villda ek segir Karl at Ólafr konungr géfi oss svá trú kumpánum sem hann veit at ver erum saklausir af hans frátalli. Lídr nú af nóttin ok um myrginin kvomu menn til þíngs ok sva konungr Jarísleif. Konungr talar vid Magnús son Ólafs konungs, þá var hann IXíu vetra. Konungr mælti svá: þetta mál fóstri minn er nú er at kiæra kémr nockut til ydvar, edr hvat vilit þér tilleggia um þetta mál? hann svarar: lítt hafi þér qvadt mik at málum hér til, enda kann ek lítil málaskil, enn svá lízt mér at seint muni mér vinnast Noregs ríki ef þessi skal vera atferdin at drepa alla þá er ek nái þadan hvat manna sem er. Konungr mælti: eigi skal hvarutveggia giöra vid þik: leita ráda undir þik, enda hafa ecki rád þín; sídan lét hann leysa Karl ok hans förunauta. Konungr segir: at konungsson vill at þeir hafi allir grid. Karl bad hann hafa þöck fyrir. Konungr mælti: hér eru þer Karl kostir fyrir höndum: sá annar at vera hér í ríki mínu þar sem þér líkar, hinn er annar at fara med mér ok vera med hirdinni í vetr, enn at vori mun ek leggia fyrir þik vandqvædi nockut. Karl svarar: því em ek vanr at kiósa þat at mér þyckir virdíngar vænna hvat sem eptir kémr, enn til allra vandqvæda em ek vanfærr miök ok mun ydr svá lítast þá er þér reynit. Konungr svarar: þá kann ek eigi á manni at siá, enn kaustu nú þat er mér var nær skapi.

Cap. II.

Sídan fór Karl til sinna manna ok sagdi þeim fegin sögu, ok tóku þeir sér vistir

domine, tantum elapsum eſt, ut, ſi nos necaveris, cædis nocturnæ infamia id recte notetur." Reſpondit Rex: "intelligo Carole, te animoſum eſſe virum; pernox certe vita vobis concedetur, verum id in animum inducite, quod die crastino certior vos mors quam vita manet." Regerit Carolus: "Rex utinam Olaus nobis ſociis ita veram fidem largiatur, ut illi perſvaſum eſt, nos ejus mortis prorſus inſontes eſſe." Labitur nox, maneque ſequente ad comitium ivere et alii et Rex quoque Jarisleifus. Ibi Rex ſe ad Magnum Regis Olai filium, tum novennem, ſe convertens, eum ſic alloquitur: "Res, mi alumne, de qua hic diſceptabitur, Te haud parum attingit; quam ergo de ea feres ſententiam? Reſpondit ille: "huc usque me de talibus parum compellaſtis; tenue quoque eſt meum de his judicium; verum ſero in poſſesſionem regni Norvegici venturus mihi videor, ſi hoc ſequamur inſtitutum, ut omnes inde oriundos, quos nanciſci poſſimus, ſine discrimine interficiamus." Subjecit Rex: "non id committam, ut ab una parte tua quæram conſilia, et ex altera ea non ſequar." Dein Carolum ejusque comites ſolvi jusſit. Tum Rex: " vult, inquit, filius Regius, ut omnes abeatis incolumes " Carolo gratum ipſi ob hoc animum teſtante, Rex ita fatus eſt: "propoſitæ tibi ſunt, Carole, duæ conditiones, altera, ut in regno meo, ubicunque libuerit, commoreris; altera, ut mecum, ſatellitio meo adſcriptus, hac hyeme maneas; ſed accedente vere conſilii alicujus, non quidem ex facillimis, exſequendi auctor ſim." At Carolus: "conſvevi, ait, id deligere, unde maximæ, quicunque demum fuerit exitus, exiſtimationis mihi ſpes ſit; verum ad res arduas efficiendas parum mihi ſuppetit virium, id quod experiendo facile cognoſces." Tum Rex: "id quidem viri vultus non prodit; at tu id, quod mihi maxime in voto eſt, elige."

Cap. II.

Dein Carolus ad ſuos reverſus lætisſimos illis nuntios retulit; illi hoſpitia ſibi anqui-

vistir ok vördu fé sínu, ok höfdu ágiæta kaup-ferd. Karl fór til hirdar med konungi ok var vel metinn, konungr var opt á tali vid hann ok reyndist hann vitr madr. Fór nú svá fram um veturinn, ok er varar mælti konungr: nú er svá Karl at þér munut búa ferd ydra, enda mun ek nú uppbera vandqvædi þat er ek mun fyrir þik leggia. enn sva er sem þú veizt at hér vex upp med mér Magnús son Ólafs konungs hins helga er rétt kominn er til ríkis í Noregi, enn þeir sitia í ríkinu er ómakligir eru. Nú er hér fé er ek vil láta koma í hönd þér gull ok silfr, at þú berir undir höfdíngia í Noregi til lids Magnúsi konungssyni, ef hann kann at koma at krefia lands þess. nefni ek þar fyrstan mann Einar þambaskélfi ok þá adra er yckr konungssyni þyckia líkastir til styrktar vid hann. Karl svarar: þetta mál sýnist mér miklu meira í fáng at færast enn ek sé þar nockr madr til at fara med slíkum ſtórrædum at ráda lönd ok þegna undan Sveini konungi. hefi ek hvartki til þess styrk né vitsmuni. þat fylgir ok at Alfífa er svá margkunnig at skiótt spyrr hún mik upp ok er þat minn daudi. nú qved ek nei vid þessu herra. Konugr mælti: hygg at hvart ecki er þat vandqvædit at ecki mun þér lángt at bída at ek mun láta drepa þik. Karl svarar: þat er skiótt vandrædi ok mun brádt eptir verda, enn gæfu Ólafs konungs ok konungs sonar munu ver vid nióta ef nockut verdr nýtt í. er þat ok satt at segia at fullkéyptr er daudi minn ef nockut mætta konungssyni þá nærr vera Noregi enn ádr. Sídan tók hann vid fénu ok fór austan til Danmerkr ok hafdi hina beztu kaupferd. þá mælti Karl: svá er med vexti sem þér vitid at ver höfum haft kaupferd svá góda at traudt munu menn slíka muna, nú villda ek at vér neyttum þessa vel, enn mér er grunr á ef ver komum brádt i Noreg, at stórir spænir verdi af

quiſivere ſuasque merces in quæſtum contulerunt, optima quidem uſi negotiatione. Carolus Regis satellitibus adjunctus bene ibi exceptus fuit. Rex ſæpius cum eo ſermones miſcuit, cordatumque eum virum eſſe reperit. Sic terebatur hyems. Sub veris initium Rex dixit: "jam Te, Carole, ad expeditionem accinge; proponendum tibi habeo conſilium ſatis arduum. Scis, hic apud me ſuccreſcere Magnum, Regis Olai Sancti filium, legitimum Norvegiæ hæredem, cujus regno potiti ſunt, qui illud vel minime merentur. Adſunt gazæ, auri pariter ac argenti, quas tibi tradere volo, ut illas Norvegiæ Optimatibus largiendo, eos ad Magni filii Regii partes traducas, ſi illi ita forte ſuccedat ſuam ditionem ſibi vindicare. Nomino tibi loco principe Einarem Tambaſkelver aliosque, quos filius Regius ad ſuas partes firmandas maxime idoneos judicabit." Reſpondit Carolus: "videtur iſta res ad ſuſcipiendum nimis lubrica, quam ut is ſim, qui tantum molimen aggrediar, quantum hoc eſt, terram civesque Regi Suenoni ſubducere. Ad id nec vires, nec ſollertia mihi ſuppetunt. Accedit, quod Alfifa adeo ſagax artisque magicæ perita eſt, ut cito meum adventum ſciſcitetur, meæque vitæ ſtruat inſidias. Hoc itaque negotium, domine, deprecor." Tum Rex: "cogita, inquit, nonne tam ardua conditio ſit, ut exſpectandum habeas, fore, ut brevi te trucidandum curem." Regerit Carolus: "præceps eſt conſilium, verum ſine mora tentandum; fauſtis Olai Regis filiique Regii auſpiciis nos, ſiqua in nobis facultas, utimur; et, ſi verum fateri volo, non nimis caro venditur vita mea, ſi mea morte effectum fuerit, ut filius Regius a Norvegiæ poſſesſione propius, quam antea, abſit." Sumtis dein gazis occidentem verſus ad Daniam tetendit, ſecundo admodum uſus itinere. Tum Carolus ſuos ita commonuit: "ea eſt quam noſtis, rerum noſtrarum ratio. Iter nobis huc usque contigit adeo felix, ut felicius ne votis quidem concipere poſſemus; cupio jam, ut eo quoque frui liceat; verum præſagio, fore, ut, ſi ad Norvegiam cito venerimus, magna bono-

af telgdir. nú er þat rád mitt at ver skilium hér. ok snúi sumir til Englands edr annarra landa, enn ek mun hér snúa á land upp til vina minna ok má svá vera at vér haldim peníngum vorum öllum. Þeim þótti þetta þiód-rád ok var sva giort ok fóru þeir til ýmissa landa ok eru úr sögu þessi. Enn þeir Karl ok Biörn fóru á land upp, þá mælti Biörn: hvar eru frændi! félagar þinir hér í Danmörk, ek kénni þà ecki? Karl svarar: ek mun segia þér bródir at ek hefi tekid á hendr mér meira stórrædi enn víst sé at ek leysa vel, enn þik verd ek nú at hafa at trúnadar manni. hann segir hanum nú allann mála-vöxt þessa máls. Biörn svarar: eigilízt mér málit lítid, enn svá legg ek mér í lönd at mér sami allvel at leyna þessu, þvíat ek veit at líf þitt liggr vid. Sídan fóru þeir ok leigdu sér ecki, ok kvomu austan at í Vík; ok hlýddust um hvar fyrir væri vinir Magnús konungssonar, ok Ólafs konungs födur hans, edr hverir vinir Alfífu væri edr Sveins konungs sonar hennar. hygdist þeim svá at fáir væri þeim vel vingadir Sveini ok módur hans. Þeir gáfu féit ok kunnu vel fyrir at siá hvar nidr skyldi koma, ok fóru þó leyniliga med. Þeir koma í Gimsar til Einars Þambaskélfis, hann tók vel vid þeim. Þeir heimtu hann á eintal. Karl mælti: Jarisleif konungr úr Gardaríki ok Ingibiörg drottning ok Magnús konungsson heilsudu þér Einar bóndi! ok þar med stórar fégiafir er þú mátt hér siá til þess at þú værir vinr Magnúsar konungs sonar ef hann kémr í land þetta ok styrkia hann til ríkis. Einar svarar: giarnan skal ek vera vinr konungs sonar ok sva födur hans, ok giarnan skal ek styrkia hann med öllum mínum mátt ok gódvilia ef han kémr í þetta land. enn sva hefir mér giörst leidt ok andstygd at taka vid fénu sídan Knytlíngar gáfu fé til höfuds Ólafi konungi. Þat vil ek med aungum kosti giöra at taka vid

giö-

bonorum pars nobis curtetur; ſuadeo ergo, ut hic ab invicem diſcedamus, et alii ad Angliam, alii ad alias regiones migremus; ego quidem hic exſcendam, ad amicos meos diverſurus; cæterum pecunias ſinguli ſuas retinento. Videbatur hoc conſilium in commune utile, eique obſecundatum eſt. Profecti ſunt diverſi ad diverſas terras, atque ex hac hiſtoria dein diſparuerunt. Carolo atque Biörnone in terram eſcendentibus, quæſivit Biörno: "quosnam, ſodes, habes hic in Dania ſocios? nam eos equidem non novi." Reſpondet Carolus: "Fatendum mihi eſt coram te frater, quod in me ſuſcepi grave negotium, unde quomodo me expediam ſane neſcio, ſed tibi ut viro fido id aperire non dubito." Sic ei omnem conſilii ſui rationem exponit. "Non ſane, inquit Biörno, ea res mihi tenuis momenti videtur; verum ea lege huc appuli, ut meum eſſe credam iſtud celare, in quo vitæ tuæ cardinem verſari credam." Dein iter continuarunt, non intermiſſum, donec ad Vikiam appellerent, ubi diligenter anquiſiverunt, quinam Magno filio Regio et Olao ejus patri eſſent addicti, et quinam contra Alfifæ Regique Suenoni ejus filio faverent. Animadvertere ſibi videbantur, quod Sueno ejusque mater paucos vere ſibi amicos haberent. Largitiones tradiderunt, et, licet bene viderent, quinam iis tangerentur, res tamen ſuas valde clandeſtine egerunt. Venerunt Gimſoam ad Einarum Thambaſkelver, qui eos bene excepit. Eum ſeorſim vocatum Carolus ſic compellavit: "Rex Gardarikiæ Jarisleifus, et Ingiborga Regina atque Magnus filius Regius Te, Einare Colone, ſalvere jubent, magnisque, quæ coram vides, donis cumulant, rogantes, ut Magno filio Regio ſis amicus, ſi ad hanc terram venerit, ejusque imperium velis firmare." Regerit Einarus: "filii Regii libenter ero, uti patris ejus, amicus, nec invitus ego eum, ſi ad has terras venerit, omni mea vi ac benevolentia firmabo; verum turpe mihi ac deteſtabile viſum eſt dona accipere, ex quo Canutidæ, ut Rex Olaus trucidaretur, largitionibus effecerunt: dona accipere nulla conditione vo-

lo;

giöfum, enn ráđ vil ek áleggia med þér Karl at þú farir varliga; þvíat Alfífa hefir spurn af at menn þeir eru komnir í landit er fé bera undir höfdíngia, ok fordit yckr því vid konungs fundi ok manna hans. Karl qvad svá vera skyldi ef þeir gæti vidséd. Þeir fara; þadan út til Nidar óss ok tóku sér náttstad hiá einum gildum bónda, hann hét Grímr hinn grái, hann spurdi hverir þeir væri? enn þeir sögdu til slíkt er þeim sýndist. hann svarar: erut þitt þeir mennirnir er lönd ok þegna vilia ráda undan konungi vorum? ecki þycki mér vid líkligir til þeirra stórræda, segir Karl, eigi er nema sé nú segir Grímr, enn allan vanda sel ek af hendi mér um yckart mál, enn grun mundi ek á yckr hafa ef mér þætti mikit vid liggia, enn á þann hátt erud þit sem frá þeim hefir sagt verit. Þar eru þeir um náttina, enn þegar um morginin var blásit í konungs lúdr ok bodit öllum bændum í einn stad, þá stód upp gialdkerinn ok talar svá: þat er komit fyrir oss at menn þeir fari um landit at ráda lönd ok þegna undan konungi vorum, ok þeir munu nú vera í húsum Gríms hins grá, ok vilium vér med aungu móti at hlaupi í brott fyrr enn konungr kémr. Þessu játa allir, ok er slitit þínginu, ok fara menn heim í garda sína, ok er Grímr kom heim í gard sinn mælti hann vid Karl: nú fór ecki fiarri því sem ek sagda í giærkveldi at ek þóttumst kénna yckr at frásögn, ok er nú bezt at gánga vid vaskiliga. Karl svarar: hversu villtu þá med fara ef vid erum þeir mennirnir? Grímr svarar: ecki kénni ek mik at því at ek hafi verit óvinr Ólafs konungs edr sonar hans, ok því skulut þit fara í fridi fyrir mér svá at ek vil ecki tálma ferd yckra. Karl svarar: sva hæfir eigi, því at nú er uppvíst giört at vid höfum í þínum húsum verit, ok munu þér kénd völd um ef vid hlaupum í burt, skal nú ok hinn veg til breyta at annar ockar skal vera eptir ok svara konungi, enn annar ockar skal fara burt ok segia konungs syni hvar fé hans er nidr komit, ok hverir hanum hafa fulltíngi heitit, því at hanum liggr þar allt

lo; verum tibi auctor sum, Carole, ut circumſpectionem adhibeas, nam Alfifæ ſuboluit, in terram veniſſe viros, qui largitionibus duces ad ſuas partes pertrahere ſtudeant; cavete vobis ne in Regem vel Regi addictos incidatis." Promiſit Carolus ſe, ſi ipſius curam habere vellent, ſibi non defuturum; inde ergo ad Nidroſiam ſe recipiunt, ibique hibernant apud honoratum aliquem colonum Grimum agnomine Griſeum. Quærenti, quinam eſſent, reſponſum qualecunque dederunt. Tum ille, "eſtisne, inquit, viri, qui terram civesque Regi noſtro ſubducere velitis?" "Non profecto videmur nos tali auſui pares, inquit Carolus; at enimvero ecce, ait Grimus, veſtri cauſa omni discrimini renuncio; magnam de vobis ſuſpicionem haberem, ſi rem valde periculoſam crederem; et ad hanc trutinam certe tales eſtis, quales illi fuiſſe dicuntur. Sic noctem ibi transegerunt; mane, ubi illuxit, buccina Regia ſonuit, omnesque coloni convenire juſſi ſunt: tum ſurgens Queſtor Regius ſic fari orſus eſt: "relatum nobis eſt, graſſari per hanc terram viros, qui eam civesque Regi ſubducere velint, eosque in domum Grimi Griſei divertiſſe; hi ne, antequam Rex venerit, aufugiant, ſolicite proſpiciendum eſt." Conſenſere omnes, finitoque conventu quisque ad ſua diſceſſere. Grimus ubi domum venit, Carolum ſic allocutus eſt: "non aliter accidit, quam heſterna veſpera eventurum præſagire vobis poſſe mihi videbar, præſtatque jam ingenuo id profiteri." Tum Carolus: "quomodo, ait, in nos conſules, ſi nos illi viri ſumus? "Reſpondit Grimus: non mihi conſcius ſum, me Regis Olai aut ejus filii inimicum fuiſſe, ideoque, me quod attinet, ſalvi eritis, nec veſtro itineri impedimenta objiciam." Subjecit Carolus: "nefas id quidem foret, nunc enim manifeſtum evaſit, nos in tua domo fuiſſe; et ſi nos effugerimus, tibi vis inferetur; eam ergo viam inibimus, ut noſtrum alter remaneat Regi reſponſurus, ſed alter proficiſcatur, indicaturus filio Regio, quibusnam ejus gazæ datæ ſint, et quinam ei auxiluum promiſerint; ejus enim valde intereſt ſcire, ubi ſint

allt vid at; hann viti hvar vinir hans sitia fyrir ef hann kémr í landit, enn vid því liggr ecki þótt ek sé eptir ok verdi drepinn. Þá mælti Biörn: láttu mik eptir bródir! mér þyckir þat betra enn skiliast þannig vid þik. Þá svarar Karl: svá má eigi vera því at ek skal eptir vera, því at þat samir betr.

Cap. III.

Sídan fór Biörn í burt ok létti eigi ferd sinni fyrr enn hann kom í Garda austr á fund Jarisleifs konungs ok Magnús konungssonar ok tóku þeir hardla vel vid hanum. hann segir þeim hvad Karl hafdi giört, ok voru þeir allir hinir göfgustu menn er Magnús konungs syni höfdu heitit vináttu sinni, sagdi hann ok hversu þá var komit máli hans er þeir skildu, at hanum var viss bani, hann segir ok ord Einars Þambaskélfis. Jarisleif konungr mælti: eigi fór þat fiarri því sem ek gát til, at Karl sá mundi miklu á leid koma, ok er allmikill skadi um slíka menn. lá oss nú hér enn allt vid at ver vissum hverir konungs syni hafa lidi heitid ef hann kémr í land svá sem Karl hefir nú rád fyrirgiört. eru slíkt allvitrir menn, ok nockut verdr hanum gott ráda, ef hann er eigi feigr.

Nú er at segia frá Karli: at hann var eptir í bænum, ok var þá Sveinn konungr kominn, hann stefndi öllum mönnum til þíngs, ok þar kom konungrinn siálfr ok margt manna med hanum ok allr bæiar lídrinn. Þá mælti Grímr hinn grái vid Karl: hvat er nú til ráds, félagi? skaltu nockut til þíngsins fara? hann svarar: mun eigi þat allrádligt at heyra á tal manna? þú sér nú fyrir, segir Grímr, enn á mun ek hætta fyrir mína hönd, ef þú villt í burt leita. ecki skal svá vera segir Karl, því at þá deyr hverr er feigr er. Þeir fara nú til þíngsins, ok er sett var þíngit, stód konungr upp ok mælti: þat er komit fyrir oss at land sé svikit undan oss, ok sé þeir menn í húsum Gríms hins grá, er at slíkum svikum eru kunnir. Þá mælti Grímr: ecki eru

ſint amici, qui ipſum, ſi in terram venerit, tueri velint; aſt parum refert, utrum ego remanens occiſus fuero." Tum Biörno: "me quæſo frater relinque; mihi hoc melius videtur, quam a Te diſcedere." Regerit Carolus: "at enimvero non ita erit, nam ego, quod unice decet, remanebo."

Cap. III.

Dein profectus eſt Biörno, nec prius ſubſtitit, quam ad Gardarikiam veniens Jarisleifo Regi, et Magno filio Regio jungeretur, qui illum valde comiter exceperunt. Exponit ille, quid Carolus feciſſet; erant videlicet nobilissimi viri, qui Magno filio Regio amicitiam ſuam addixerant; enarravit quoque, in qua conditione is eſſet, cum a ſe diſcederent, eum quippe certam exſpectare mortem; profert denique Einari Thambaſkelveri orationem. Subjecit Rex Jarisleifus: "non aliter accidit, quam ego præſagiebam, rem Carolum perfecturum; magna ſane foret talis viri jactura, verum nunc in eo toti ſimus, ut ſciamus, quinam viri filio Regio, ſi in terram venerit, ſuppetias promiſerint, ex provido quidem Caroli conſilio. Sunt illi ſolertisſimi viri; et, niſi infauſta eum fata trahunt, vix dubium eſt, quin aliquid inde boni ad eum ſit defluxurum."

Nunc ad Carolum revertetur narratio. Remanſerat ille in urbe; quo cum Rex Sueno venerat, ad comitium cunctos citavit, cui Rex ipſe ſuique viri omnisque civium frequentia adfuerunt. Tum Grimus Griſeus ad Carolum converſus, quid jam, inquit, capies quæſo conſilii? cogitasne comitium adire? Reſpondet ille: nonne conducibile eſt orationem hominum audire?" "Ipſe videris, ait Grimus, verum proſpiciam, ſi tu velis, ut ſecurus abire queas." Non ita, dicit Carolus, nam moritur quisque tum, cum fata jubent. "Adeunt ergo comitium, eoque rite conſtituto ſurgit Rex et in hæc verba fatur: relatum nobis eſt, ditionem noſtram nobis fraude ſubduci, atque eſſe in domo Grimi Griſei, qui talium fraudum ſint conſcii." Dein Grimus," non ſane

eru þeir í mínum húsum herra. Þá mælti konungr: nú fer þér ílla, því eingi grunadi þik ádr, enn nú giörir þú þik berann í svikum vid oss. Þá stód Karl upp ok mælti: herra hér er sá madr er ydar ord munu til koma, tala þú þetta mál vid mik, enn lát bónda hlutlausann af þessu máli. konungr mælti: er Karl þar vinr vor, allra manna vinsælastr, ok skal þetta vera sem þú bidr, enn þótt þik hafi þetta hent þá mun ek þér uppgéfa þessa sök, enn segia verdr þú mér, hverir vid fénu hafa tekit. Karl svarar: herra! svá má eigi vera, ef þat eru lítils-háttar menn, þá vardar ydr þat aungu, enn ef mikils háttar menn hafa tekit féit, þá vil ek med aungu móti vera valdandi svá margs manns dauda sem þar af mun giörast, vil ek helldr deyia einn ok hætta hversu fer, því miklu fleiri munu þeir vera enn þér mun í hug koma, ok verdi fyrir þess aldregi af mér vísir. Konungr mælti: ek hygg at þú hliótir at segia ok med mörgum harmkvælum. Sídan tóku menn Karl höndum ok fiötrudu hann ok var hann feinginn til géymslu IIIIum mönnum, ok fóru þeir med hann í lopt eitt. hann mælti þá: dáligr er ydvar hagr er þér sitid hér yfir mér fiötrudum ok em ek dauda-madr, enn adrir menn sitia í skytníngum. farit nú ok vitid ef nockut fé er í siódi mínum. Þeir mæltu: þú ert afburdar dreingr, ok allmikill skadi er at um slíka menn, sídan keyptu þeir munngát ok drucku þat. Þá mælti Karl: ek vil nú drecka med ydr sveinar. Þeir giöra svá, hann mælti: ecki er þetta gódr dryckr, takid enn fé úr siódnum, ok ef nockut er til, þá kaupit ydr miöd. Þeir giöra nú sva, hann drack med þeim ok mælti: siá dryckr er nockuru betri enn hinn fyrri, ok farid nú til ok steypid siódnum, ok ef nockurir peníngar eru eptir, þá kaupit ydr vín. Þeir svara: of skadi er at, ef slíkir menn deyia er ecki spara, sídan kvomu þeir inn med vín ok drucku allir saman, þar til er vardmenn sofnudu. Hann sást um í loptinu ok sér hvar ein öx liggr ok horfir upp á egginn, Karl veltir sér þángat til ok gat skorit af sér streinginn þann er

ſane illi, ait, domi meæ ſunt, domine." Subjicit Rex: "male agis; ante nemo tales de te fovebat ſuſpiciones; nunc vero fraudum in nos manifeſto reus es." Surgit Carolus dicitque: "hic adeſt, domine, quem veſtra attingit oratio; ad me verba tua converte, nec in civem, hujus rei inſontem, culpam devolve." Tum Rex: "eſt, inquit, Carolus nobis amicus idemque vulgo in paucis carus, fiet uti cupis; verum quamvis hoc tibi humanitus accidit, omnem culpam tibi condonabo, ſi mihi indicaveris, quinam dona exceperint." Carolus vero, "minime, ait, id faciam; nam ſi ignobiles ſunt viri, tua id parum refert; ſi vero ſortis ſunt evectioris, ego nulla ratione tot viris mortem importabo inde ſecuturam; moriar potius ſolus, et quid eventurum ſit experiar, nam multo plures ſunt quam ſuſpicaris, ſed hac ipſa de cauſa eos neutiquam indicabo." Cogeris vero, ait Rex, non ſine magno, puto, tuo dolore id indicare." Dein comprehenſus eſt Carolus, et compedibus conſtrictus, viriſque quatuor ad cuſtodiendum traditus, atque in aliquod tabulatum deductus. Tum ille: "miſera eſt, inquit, veſtra conditio, qui mihi, viro morti deſtinato, compedibusque ligato, adſideatis, dum alii in diverſoriis hærent; ite jam et videte, num meo loculo aliquid inſit pecuniæ." Dixerunt illi: "fortisſimus vir es, dolendumque, te talem talia fata ſubire;" dein optimæ notæ cereviſiam calidam emerunt ac biberunt. Ait Carolus: "jam vobiscum ſodales potabo." Inter hæc monuit ille, non bonum hunc eſſe potum, rogavitque, ut ſumtis ex loculo nummis, ſiqui ibi eſſent, medum mercarentur. Illi ſibi non defuerunt, bibitque cum illis Carolus et dixit: "hic potus priore aliquanto melior, verum ite jam loculumque excutite, et ſi quid pecuniarum adhuc ſupereſt, vinum vobis emite." Tum illi, dolorem ſuum ei teſtificantes, quod talis tamque liberalis vir ad mortis periculum deductus eſſet, vinum intulerunt, tumque potui adeo large indulſerunt, ut cuſtodes obdormiſcerent. Per tabulatum circumſpiciens jacere vidit ſecurim acie ſurſum converſa. Eo ſe vol-

er hendr hans voru bundnar med, sídan komi hann af sér fiötirnum af ödrum fætinum, enn af ödrum eigi fyrr enn hann hió af sér hælbeinit. sídan hlióp hann ofan á bryggiurnar ok svá í hús eitt er stód út á ána Nid, hann dró þar upp fiöl eina úr gólfinu ok fór þar nidr ok kafadi út undir skipin ok héldt sér í streingina, því at hann hafdi eigi traust at lesa sik upp á skipin. Lá Karl svá þá nátt at hann héldt sér upp um streinginn, hafdi hann höfudit upp úr vatninu ok fæturna, enn búkrinn ok qvidrinn var nidri í vatninu, ok var náttbudin eigi hæg, ok því var hann kalladr Karl hinn vesæli jafnan sídan.

Cap. IV.

Sídan vakna konungs menn ok siá eigi manninn, þá giördist kall mikit í bænum ok var sagt konungi. Hann mælti nú hefir illa tiltekist er sá madr hefir í burt komist er svikit hefir lönd ok þegna undan oss, ok mun siá hlutr draga oss til mikils ófagnadar, skal nú leggia Illiár merkr til höfuds hanum, enn ek mun fara vestr til Einglands til móts vid födur minn ok Kálfr Árnason ok þeir skipstiórnar-menn sem ek fæ til.

Nú er at segia frá Karli: at hanum leiddist vistin í siónum enn hafdi eigi traust til at hlaupa á skipinn, hann lagdist þá yfir ána ok sá at þar var salt-karl einn á báti ok lá hiá hanum felldr einn, hann þreif í herdar hanum ok rak hann útbyrdis, tók hann þá feldinn enn madrinn fór til grunna, reri hann þá bátinum á burt, ok fal sik jafnan á daginn enn fór á nóttina.

Sveinn konungr bióst úr landi ok Kálfr Arnason med hanum. svá var þá mikil virdíng Kálfs at hann skyldi liggia nærst konungi í lægi, ok einn dag sigldi konungr, þá mælti Kálfr: nú höfum ver slæfann byr ok siglum landhallt. litlu sídar mælti hann: hvat sé ek þar vid landit? er þar bátr nockr? mun

volvens funem præfecat, quo manus vinctæ erant. Dein alteri pedi compedem detraxit, alterum contra solvere non poterat, nisi os calcis abscindendo. Dein ad pontes excucurrit, domumque intravit in fluvio Nid positam; ibi trabe ex pavimento extractâ se demisit, sub navim aliquam enatavit, et in fune se pendulum tenuit, nam in navim ipsam eniti non audebat. Positus ea nocte sic erat, ut de fune se suspenderet capite pedibusque supra aquas exstantibus, ventre autem et stomacho in easdem demersis; et quia talis noctis peractio haud sane commoda erat, dein Carolus Miser (Vesæll) perpetuo fuit appellatus.

Cap. IV.

Evigilant dein viri Regii; qui cum hominem non viderent, magnus in ista domo strepitus exstitit. Quod ubi Regi indicatum fuit, "male, inquit, nunc factum est, qvod hic vir aufugit, qui terram civesque nobis subtrahere conatus est, idque eventum nobis multum noxæ importabit; jam tres marcas capitis ejus pretium propono; atque ego ad Angliam tendam meum patrem conventurus, socios habens Kalfum Arnæ fil. et quos nancisci potero naucleros."

Ut ad Carolum redeamus, piguit illum suæ in undis commorationis; ausus tamen non est in navim adscendere. Amnem ergo trajecit, et cum ibi in cymba aliqua salis coctorem videret, positumque apud ipsum amictum pelliceum, in humeros ejus irruit, eum in mare præcipitavit, eoque in fundum submerso pellem abstulit; dein cymba vectus se surripuit, ita ut interdiu se celaret, noctu vero iter remigando continuaret.

Rex Sveno se accingebat ad terram linquendam atque Kalfum Arnæ f. comitem habebat. Kalfo is habebatur honos, ut statio Regi proxima ei assignaretur. Inter navigandum Kalfus aliquando Regem sic alloquitur: "parum jam venti est, ergo litus legamus." Brevi postea dicit: "quid juxta terram video? nonne cymbam? hiccine est Ca-

mun hann eigi þar Karl hinn vesæli? ok væri mikit happ í ef vér nædum hanum. Þeir hallda nú at landi, sídan siá þeir at madrinn hlióp af skipinu ok á land, þá mælti Kálfr: fór hann núna Karl hinn vesæli! ok hlióp eptir hanum ok mælti: bíttu mín, ek mun géfa þér grid. Karl svarar: ek mun ecki trúa þér. Kálfr svarar: ek mun sveria þér eid át ek skal eigi svíkia þik. Karl svarar: ecki trúi ek þér at heldr, sveiktu þann er þér var vandara um er var Ólafr konungr hinn helgi. Kálfr svarar: eigi mun ek þó þik svíkia. Karl svarar: ek ætla þat ok mála sannast at mér sé eigi meira lát í at láta lífit enn þér at láta allan dreingskapinn, ok skal ek at vísu bída þín. Sídan fundust þeir ok géingu á skip, ok er þeir höfdu umbúist þá kom þar bátr einn ok á madr ok mælti madrinn: Kálfr Arnason! Sveinn konungr vill finna þik. hann qvad svá vera skyldu ok mælti til sinna manna: gætid vel mannsins! sídan kom hann á konungs fund. Konungr tók hanum vel ok mælti: því lagdir þú eigi í lægi hiá oss sem þú ert vanr? Kálfr svarar: eigi samir þat herra at ríkari menn leggi úr lagi fyrir oss, enn ef ver komum jafnfram ydr þá þiggium vér þenna sóma. Konungr mælti: hefir þú fundit Karl hinn vesæla? Kálfr svarar: eigi herra. Konungr mælti: táktu nú eigi í hin fornu brögdin ok svík oss eigi, edr sér þú eigi þá hina gullreknu er út liggr á bordit, hefir fadir minn sendt þér nú ord til at þú skyldir senda hanum trennar tylftir norrænna öxa. Kálfr svarar: þat mun ok þó eigi giöra, enn leita mun ek vid at brádt skorti þik ecki norrænir öxar, ok hlióp ofan af skipinu ok fór til skips sín., ok bad menn hafa hendr á reipum. ok munum vér snúa heimleidis ok svá austr á fund Magnús konungssonar ok færa hanum Karl hinn

Carolus ille misellus? haud parum lucri foret, si illum assequeremur." Jam terram legunt, et deinceps vident, virum ex navi in terram exscendisse. Tum Kalfus sic erumpens: "en jam elapsum Carolum misellum!" cursu eum adsequi studuit, dixitque: "exspecta me tantisper, ego incolumem te præstabo." Respondit Carolus: "tibi quidem non valde fidem habeo;" tum Kalfus: "juratus tibi promittam, me nequaquam te decepturum." Carolus vero: "non admodum, inquit, tibi credo; in re, in qua vel maxime reprehendendus es, te falsum præbuisti, nempe erga Regem Olaum Sanctum." At Kalfus, "non tamen ego, ait, te frustrabor." "Id quidem credam, inquit Carolus, vereque contendo, mihi non majori damno fore, vitam perdere, quam tibi omnem animi generositatem exuere; ergo te certe exspectabo." Dein ad colloquium inter eos ventum est, eandemque navim conscenderunt. Ubi de rebus gravissimis inter eos convenerat, accessit aliqua cymba, cui qui insidebat Kalfum Arnæ f. inclamabat, Regemque Suenonem ostendebat eum ad se venire jubere. Respondit ille mox se obtemperaturum, suosque monuit ut virum bene observarent, et deinceps ad Regem rediit. Rex eum comiter excepit dixitque: "curni ut soles stationem juxta nos capis?" Regerit ille: non congruum est virum nobiliorem statione nobis cedere, nec ista dignitas nobis conveniret, nisi in eodem, quo tu, honoris gradu essem. Tum Rex: "nactusne es, ait, Carolum misellum;" respondit Kalfus: "minime domine." Rex ergo subjecit: "ne vero tu ad priscum dolum redito, nec in nos perfidus esto; en gazam auri in mensa positam; dedit pater meus id tibi jussum, ut illi tres decadas securium Norvegicarum transmittas." Respondit Carolus: "id tamen non faciam; verum providebo, ut mox secures Norvegicæ tibi non desint." His dictis de navi ista decurrit, et ad suam properavit, virosque suos funes arripere jubet. "Jam, ait, domum tendemus, indeque orientem versus ad Regem Magnum filium Regium, eique Ca-

hinn vesæla. Sídan fóru þeir austr ok kvomu í þat mund í Garda austr, er þar var fyrir Einar Þambaskélfir ok margir adrir lendir menn er ríkastir voru í Noregi, ok villdu hafa med sér Magnús konungsson, enn sú bæn var ei heyrd fyrr enn Einar ok XII hinir ríkustu af þeim sóru eida at hallda Magnús til lands í Noregi, ok svá giördu þeir. sídan hittust þeir Karli ok Jarisleifr konungr, ok vard þar fagnafundr mikill med þeim Karli. Hann mælti þá: eingi madr hefir mér veitt jafnmikit lid sem Kálfr Arnason, ok at hanum má Magnúsi konungssyni mestr styrkr vera í öllum þrændalögum ef þeir koma landinu undir konungsson. Konungr svarar: því sýnist mér Karl helldr um eigi at fára med slíku þat sem Kálfr hefir afgiört vid Magnús konungsson. Sídan áttu menn hlut í ok tiádu hver styrkr konungi var at Kálfi, ok tókust sættir med þeim. Sídan fóru þeir til Svíþiódar, ok svá til Noregs, ok komu nordr í Þrándheim ok var þar þegar Magnús Ólafsson tekinn á Eyra Þingi af VIIIta fylkium þeim er voru fyrir innan Agdanes. Sídan var Karl tekinn í hit bezta yfirlæti med Magnúsi konungi; ok þótti sem hann var forvitri madr. stöck þá Sveinn konungr úr landi enn Magnús vard einvallds konungr. Kálfr vard sídan fyrir konungs reidi ok stöck úr landi ek enn fleiri menn þeir sem verit höfdu í mótgángi moti Ólafi konungi hinum helga. Endar hér svá þáttinn af Karli hinum vesala.

Carolum misellum adducemus." "Postea in itinere orientem versus perrexerunt, nec longe post ad Russiam pervenerunt. Præerant illi expeditioni Einarus Thambaskelver multique alii præfecti, viri quidem in Norvegia opulentissimi, qui Magnum filium Regium arcessere volebant; verum ista petitio non exaudita est, antequam Einarus et XII alii ex ditissimis optimatibus jurejurando promisissent, se Magnum in Norvegia potiunda adjuturos; id quod etiam fecerunt. Dein Carolus et Jarisleifus Rex in se inciderunt, omnesque reddito sibi Carolo vehementer lætati sunt. Ille vero sic fatus est: "nemo mihi tantum opis præstitit quantum Kalfus Arnæ fil; ab eo Magnus filius Regius plurimum firmamenti exspectabit in omnibus districtibus Thrandensibus, si terra filio Regio se subjecerit." Ad hæc Rex: "magis inquit mihi placet Carole, a scelere abstinere, qualem Kalfus in Magnum filium Regium commisit." Deinceps socii se interposuerunt, ostenderuntque, quantum virium Regi a Kalfo posset exspectari; sicque reconciliati sunt. Postea ad Sueciam, indeque ad Norvegiam profecti Nidarosiam venerunt, ubi Magnus Olai filius statim Rex cooptatus est in comitio Eyrensi ab VIII præfecturis infra Agdanesum sitis. Sequenti tempore Carolus apud Regem Magnum in maximo habitus fuit honore, et pro viro sollertissimo existimatus. Rex Sueno ex terra excedere fuit coactus, atque sic Magnus Monarcha salutabatur. Kalfus deinceps Regis gratia excidit, et ille pariter ac plures alii, qui contra Regem Olaum Sanctum arma gesserant, e regione emigrarunt. Explicit hic Caroli Miseri historia.

En itaque fortitudinis, constantiæ et præcipue piæ in Regem suum fidei exemplum egregium. Verum revertendum nobis nunc erit ad indicenda ea solennia, quorum occasione hæcce prolusimus. Dum Regi Nostro Augustissimo, ad Danubii ripas commoranti, annum ætati candide appositum splendida, quæ Eum Vindobonæ cingit, Imperatorum, Regum, Principumque corona gratulabitur, sinceræ quoque popularium preces et omina pro Capitis Augusti salute et valetudine, proque felicissimo nobilium ejus conaminum successu ad numen supremum animis pientissimis deferentur. Participabit hanc civium pietatem Universitas Regia Havniensis, eamque in solenni panegyri ad celebrandos natales Regios conventura publice interpretabitur. Pars festi non ultima erit præmiorum academicorum in juvenes, ingenio et studio eximios, collatio, novorumque in annum 1815 propositio. Subjungimus argumenta ex variis disciplinis depromta, ad quæ tractanda adolescentes nostri invitan-

vitantur cum hoc omine, fore ut, qua diligentia anno 1814 VII quæſtiones ex IX commentatores nactæ ſint, ſimili vel adeo majori, omnia hoc anno themata, qui ſuas vires in iis experiri velint, nanciſcantur. Rogamus vero, ut tales elaborationes intra Calendas Decembres Rectori Univerſitatis tradantur. Themata hæc ſunt:

IN THEOLOGIA.

Illuſtretur necesſitudo inter veteres Manichæos et varias medii ævi ſectas hæreticas, inprimis Beguinorum, fratrum liberi ſpiritus et Albigenſium familias.

IN JURISPRUDENTIA.

Qvales regulas ſervat jus patrium civile circa præſtationem damni culpa dati, et qvatenus eo nomine differt a jure Romano?

IN MEDICINA.

Qvænam eſt aqvæ puræ frigide ingeſtæ vis in ſanitatem tuendam et morbos profligandos?

IN PHILOSOPHIA.

Num vera eſt ea ſententia a multis philoſophis cum aſſenſu recepta: nihil eſſe in intellectu quod non antea fuerit in ſenſibus.

IN MATHESI.

Data regularium ſive Platonicorum qvinqve corporum eadem altitudine 1000 ped. computare latera ſingulorum Polygonorum, iſta corpora includentium.

IN HISTORIA.

Exponatur, qvando et qvibus occaſionibus partes Holſatiæ, et qvasnam populi Slavicæ originis occupaverint, qvamdiu eas tenuerint, qvo modo iidem procedenti tempore diſparuerint, et qvænam adhucdum hujus gentis in dicta regione veſtigia ſuperſint.

IN PHILOLOGIA.

Examinatis cum critica diligentia fontibus, qvibus Dionyſius Halicarnaſſenſis uſus eſt ad Archæologiam ſuam concinnandam, expendatur hujus ſcriptoris in Antiqvitatibus Romanis pretium atqve auctoritas?

IN ÆSTHETICIS.

Er Middelalderens Overtroe og Legender en ligeſaa ſkiön og reen Kilde for Digteren, ſom den nordiſke og græſke Mythologie eller ei? Hvori beſtaae diſſe Phantaſieverdeners Lighed og Forſkiellighed?

IN HISTORIA NATURALI.

Qvibus fosſilibus uſi ſunt Romani in architectura cum ad exſtruenda tum ad ornanda ædificia, et qvomodo illa, deſcriptionibus Veterum convenienter, in ſyſtemate aut Werneriano aut Hauyano appellantur?

Ad celebrandum diem natalem MONARCHÆ NOSTRI AUGUSTISSIMI, **FRIDERICI SEXTI**, panegyrin indicit UNIVERSITAS REGIA HAVNIENSIS. Auctore COLLEGIO REGIO, quod rem Academicam et Scholaſticam apud nos moderatur, habebitur hic conventus ipſo die Regi natali XXVIII Januarii in Auditorio Domus Regiæ hora XII. Rector Univerſitatis, *PETRUS ERASMUS MÜLLER, Doctor et Profeſſor Theologiæ Publicus Ordinarius*, cathedram conſcendet publicaque oratione gratos Academicorum omnium in Regem, Reginam, Domumque omnem Regiam ſenſus, et candidisſima pro Auguſtis Capitibus vota precesque pie interpretabitur. Tum Cenſorum judicia de Commentationibus Civium noſtrorum hoc anno elaboratis præleget, victoribus præmia, ruptis quæ nomina celant ſchedulis, ſua asſignabit, palmamque honorificam gratulabitur.

Invitati hac charta eſtote, Lectores Benevoli! ad iſtud feſtum nobiscum ſolenniter obeundum; faciteque, ut panegyris votorum ſinceritate eminens, participantium quoque frequentia concelebretur.

Dabamus Havniæ d. XXIV. Januar. Anno MDCCCXV.

SUB UNIVERSITATIS SIGILLO.